



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

129 Clerici à laicis ad solvendum onera cogi non possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cipiant, ad huiusmodi onera, & impensas sustinendas, de quibus optime per Cardin. Tolet. *in instruct. sacerdot. c. 21. sub n. 2.* Quia tunc, cum pedagia, gabel las, & passagia sub quocunque nomine, & titulo exigant ab advenis, mulionibus, rectoribus, equitibus bobus cum plaustris, & aliis animalibus transeuntibus, pontes, portus, & vias, ut plurimum devastantibus, percipiant; sumptibus communitatum ad huiusmodi refectiones, & reparationes tenentur. Cepol. *de serv. viar. num. 47.* & Azor *in d. lib. 5. institut. moral. cap. 13. vers. octavo queritur.* Contrafacientes vero sententiam excommunicationis incurrun; donec integrè satisfecerint, ut *cap. non minus.* & *cap. adversus, de immunit. eccles.* quæ per Bull. Cæn. Domini fuerunt innovata, ut per Cardin. Tolet. *in ead. instruct. sacerdot. lib. 1. c. 29. vers. adverte prætere a infn.* & Sayr. *in d. c. 22. n. 11.*

127 Tertia, † ut Clerus teneatur concurrere ad onera, in quocunque casu requiritur, quòd bursa principis, & subditorum laicorum fit ad eò exhausta, ut Episcopus, & clerus, tantam necessitatem, & utilitatem videntes, existiment ad sublevandas communes necessitates, & utilitates, ubi laicorum facultates non suppetunt, subsidia per Ecclesias esse conferenda arbitrio, & iussu Pontificis Maximi, *cap. non minus, §. quo circa, cap. adversus, ver. verum si, de immunit. eccles. cap. 1. extravag. comm. eod. tit. Bero. cons. 31. num. 13. volum. 1 Cephal. cons. 154. num. 22. vol. 2. & Burlat. cons. 10 num. 66. volum. 1.*

128 Et quòd, † Episcopi, capituli, ac totius cleri consensus accedit, Innoc. *in c. 2. de loc. & conduc. & Abb. in d. cap. non minus, n. 5. de immunit. eccles.* nec eorum

consensus sufficit, quia requiritur etiam Sedis Apostolicæ auctoritas, sicut in superioribus omnibus, *c. clericos, laicos §. nos igitur, de immunit. eccles. in 7. cap. adversus, vers. propter imprudentiam & ibi Abb. numer. 1 & in extravag. comm. & cap. 1. §. cæterum, eod. tit. Bull. Cæn. Domini sub num. 18.*

129 Ideo † non subsistit opinio Olaf. h. *in suo cons. incipien. cum anno 1554. impresso, in decis. Podemont. post decis. 67. vel secundum ult. impress. post decis. 180. num. 21. 23. 24. 25. & 30. & Balb. in cons. sequenti, sub. numer. 29. 30. & seq.* Quibus in locis conantur sustinere, clericos à laicis cogi posse ad concurrendum in solutione onerum auctoritate laicali impositorum. Nam dicta opinio est expressè contra text. ejusdem Bull. Cæn. Domini, *dict. num. 18. Sayr. lib. 3. cap. 23. num. 1. & 2. & ita procedit text. in auth. statuimus?* quæ reformat jura antiqua, *c. de Episc. & cler. Bald. in l. ad instructiones, num. 2. & 3. eod. tit. & cap. si diligenti, de for. comp. nisi tanta fuerit subita necessitas, quod ad Romanum Pontif. commodè aditus non pateat: quia tunc sufficeret Episcopi, & cleri consensus, ita ut, & Papæ quam priatum ianotescat, confirmandus *cap. generaliter, §. placet, junct. gloss. in verb. necessitatis, 16. quest. 1. gloss. 1. in cap. tributum, 23. quest. 8. cap. non minus, de immunit. eccles. & Azor. eod. cap. 13. vers. octavo queritur.**

130 Unde prædictis † non concurrentibus, cogentes clericos ad onerum solutionem, eisdem contra sacrorum canonum dispositionem libertatem ecclesiasticam gravant. Quapropter in eandem excommunicationis sententiam Bull. Cæn. Domini